



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Cap. 2. De natura, & essentia sanctissimi ac Divinissimi sacramenti huius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

vim ac virtutem transformatiuam, vt, qui dignè ad-
 eam accedit communionem, in alium mutetur & con-
 uertatur Christum, ita, vt deinceps non dicitur
 videatur esse personæ; sed veluti vna & eadem ap-
 pareat persona, tanquam Christus replicatus: *Idem Chri-
 stus sit rursùm, & idem doctissim.*

CAPUT II.

*De natura & essentia sanctissimi ac Diuinissi-
 mi Sacramenti huius.*

Uenerabile Altaris Sacramentum ex duabus parti-
 bus, videlicet, ex speciebus panis, & ex Corpore
 Christi compositum est, *ex visibili Sacramento, & ex
 Sacramenti.* Quemadmodum Christus D. N. (& est
 exemplum D. Augustini) in mundo comparuit *com Hu-
 manitate visibili, & Diuinitate invisibili.* Et quia Cor-
 pus venit, secundum quod est, puta, vitum Diuinitatis
 idem tres partes principales considerari possunt in hoc
 Sacramento: primò, Species Sacramentales: Secundò
 Corpus Christi, quo etiam comprehenditur Sanguis
 Anima: tertio Diuinitas Christi: siquidem iuxta S. Ber-
 nardum Verbum Diuicum tribus modis in conside-
 rationem nostram cadere potest: *vt est in se, vt est in Car-
 ne, & vt est in Sacramento.* Juxta singularum harum
 partium proprietatem proprie habet rationem cibi; sed
 respectu diuersorum: *vt est in se,* Angelorum cibus est
vt est in Carne, hominum comprehensorum existit
 cibus: *& vt est in Sacramento,* cibus est hominum victo-
 rum. Idque valde conforme est suauitati Diuinae Pro-
 uidentia, nimirum, vt Angelus, purus Spiritus, suum
 tanquam proprio cibo, visione beatifica solius Diuini-
 tatis, quamuis etiam ex alia parte non desit ei gaudium
 ex beata Humanitatis Christi contemplatione resalcat
 (in quem desiderant Angeli prospicere) & homo, vt potest
 ex anima & corpore compositus habeat pro cibo Chri-
 stum ex Diuinitate & Humanitate compositum. Et
 quem

1. Pet. 1.

quemadmodum homo duplicem assequitur statum, comprehensoris vnum in futura vita, viatoris alterum in presenti; ita duobus modis Christus instar cibi se communicat: & manifestum atque detectum in propria forma, modo statui comprehensoris convenienti: & veterum rectumque sub speciebus panis & vini, modo statui Viatoris proportionato. Idem ergo Sacramentum secundum diversas partes simul Angelorum, Beatorum, hominumque viatorum cibus est.

Et si considerationis nostrae vela alius extollere, ampliusque expandere velimus in Divini simum hoc Sacramentum, ipsam Divinitatem non Angelorum duatata, sed etiam ipsius Dei cibum esse reperiemus. Si quidem in seipso, tanquam in proprio cibo, reperit Deus voluptatem suam & gaudium: quâ de causa ab oraculo Divino appellatur *Panis Dei*, cibus oris Dei: & quidem respectu Dei est cibus per essentiam: respectu Angelorum est cibus per participationem. Uodè laudamus hic aperitur nobis campus ad laudandam deprecandamque magnificentiam & liberalitatem Dei, quod ad propriam nos dignetur invitare mensam, proficuum suam vobis dando cibum. Quapropter parum est dicere: *Panem Angelorum manducauit homo*, cum sit verum sit, *Panem Dei manducat homo*. Cesset admiratio, quod aliunde vivunt homines, & vivunt Angeli, sed idem utriusque cibus: cum alia infinities maior est admiratio, quod non aliunde vivit homo, & vivit Deus, & unus est utriusque cibus. Ergo in seipsam, O quam mea, revertere, & considera, quâ ratione pro tanti doni susceprione sis deposita, correspondeasque infinitae huic benevolentiae ac liberalitati. Ecce, quanti Deus hunc cibum aestimet, quantoque in eundem ferat amore & gaudio: tali ac tanto, nimirum, ut quemcumque alium nec aestimet, ametque, nec alio fruatur & gaudeat. Hoc solo exsatiatur & contentus est: alium non curat, propter alium non movetur: & amando extrahit ipsum alium cibum, amat quoque seipsum, quia non nisi propter seipsum amat illum.

Considera igitur, quali modo hoc cibo fruatur Deus, in duratione aeternitatis, ante omnia tempore, in statu

Ioan. 6.

Psal. 77.

Hugo.

Psal. 39.

solitudines, quando Deus solus erat sine ulla crea-
 ra, solus cum Patre, Filo & Spiritu Sancto, cum in-
 finito lumine cognitionis, cum infinito incendio amoris
 cum infinito gaudio fruitionis. Similis huic debet esse
 dispositio tua, cum accedis sanctissimum Sacramentum
 quasi superior tempore, ingressus Nunc æternitas,
 collocatus in statu solitudinis, & effectus sermone
 omnibus creaturis; nulli daturus locum in corde tuo,
 nisi soli Deo, ut de te hoc cibo Diuino plane factum

Isa. c. 45.

verificetur illud Isaia dictum: *Tantum in se est Deus,*
 nullus alius; *Deus solus in intellectu,* De^o solus in volun-
 tate, *Deus solus in sermonibus & colloquiis,* *Deus solus*
in operibus: ac Denique nihil profus in te sit, quod

S. Bern. de
confid. lib. 5

sapiat mundum, aut habeat rationem humani, totum
 sit Diuinum, *nulla interueniente creatura,* solo beato
 Deo. Verum interrogabit quispiam; quodnam sit
 discrimen inter Deum, Beatos, & nos in ordine ad

Carthus. de
ss. Sa-
cram. art. 5

gaudium & fruitionem huius Diuini cibi? Respondet
 breuiter cum Carthusiano: *conuenimus in cibo & co-*
mestione; differimus vero *in modo comedendi:* conueni-
 mus in cibo & comestione, quia *prima veritas & summa*
bonitas sunt tibi conuenientes & communes Deo, Be-
 tis & nobis. *Prima veritas* est cibus satians intellectum
summa bonitas satiat voluntatem. *Et cognitio & fru-*
itio prima cause, ut est *prima veritas,* & *summa bonitas*
comestiones etiam sunt conuenientes omnibus: ac differi-
 mus *in modo manducandi in Sacramento,* vel extra Sa-
 cramentum: *per comprehensionem,* vel sine com-
 prehensione, veluti dictum est
 supra.

